



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

De Sacrosancta Solennitate gloriosæ resurrectionis Iesu C[h]risti
Seruatoris Nostri: ex R. P. Friderico Nauseo Antistite Viennensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42716

APRILIS.

DE SACRO SANCTA SOLENNI-
tate gloriose resurrectionis I E S V Homil. 39.1
C R I S T I Servatoris Nostri: ex R.P. Cen: &
Friderico Nauseo Antistite Viennensi. Homil. 30.4
Cen:

V O D olim longis ante tempori-
bus Deus ille Opt. Max. idēq; om-
nipotens, in nostram spem & con-
solationem in dilecto filio suo v-
nigenito Iesu Christo, Domino
& Redemptore unico, futurum per scripturam,
per figuram, & naturam prædicti curauit; hac so-
lemnii & gloriae, & ea quidem tertia post eius-
dem Domini Nostri Iesu Christi amarissimæ &
innocentissimæ mortis ac passionis die, in eodem Iohann. 1.10.
vnigenito ipsi^o filio, Domino nostro Iesu Chri-
sto summa cum gloria, lætitia & salute cōpletū
est. Siquidem hac die post passionis suæ tertia,
morte superata Dominus noster Iesus Christus
ex sepulchro, à morte, virtute propria mirabili-
ter resurrexit; nos per eandem suam mortem &
resurrectionē viuificās. Id quod per Prophetā fo-
re solabiliter prædictum est; Venite, inquit, reuer- Ofet. 6.
tamur ad Dominum, quia ipse sanabit & curabit
nos; viuificabit nos post duos dies, & in tertia die
fuscat nos, & viuemus in cōspectu eius: quod
etiam nū fore prædixit figura in Iona; Sicut enim
(inquit ipse dominus) fuit Ionas in ventre ceti Matt. 12.
tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius ho- Luke 11.
minis in corde terræ tribus diebus & tribus no- Iona 2.
ctibus. Accedit & natura mirabilis in Pellicano
volucrē; id ipsum, naturæ creatore, dispositore,

A-

mira-

DE RESVRREC.

mirabiliter præsignificans. Siquidem eradunt
scriptores, qui de naturis animalium scriptitâ-
runt, Pellicanum auem esse in solitudine AEgypti,
maximè apud Nili flumen; & illam suos tam
ardere pullos, ut si illos in nido inueniat à ser-
pente occisos & mortuos, incipiat per triduum
miserè dolere, & sua latera ad corpora mortuorum
præ dolore & amore excutere; & deniq; seipsam
graniter vulnerare, suumq; sanguinem super pul-
los fundere: quo perfusi reuiuiscat mox cum gau-
dio pulli, matreque ipsa salua & exultante. ita
nunquā in Christo Iesu hodie scripture, figura, &
natura, re ipsa prorsus veritatē reddita.

Precularia si-
militudo
Christi cum
Pellicano.
Oiez. 6.
Apocal. 16.
Timot. 6.

Quis enim (vt à primo exordiamur) est ille
Domin⁹ ad quem renerti se dixerunt patres, qui
eos post 2 dies esset viuiscatur⁹, & die tertia sus-
citatus? Sanè Dominus est Iesus Christus, altissi-
mi filius qui dominus virtutum & dominator
est dominatiū, & Rex Regum; qui duobus die-
bus, scilicet passionis & mortis, eos & nos omnes sua
passione & morte viuiscavit, & die tertia resur-
rectionis sua resurrectione suscitavit; quando-
quidem qui peccato mortui fuēre & dormientes
Christus verè viuiscavit & suscitavit. ita iustifica-
uit morte sua & resurrectione, Apostol⁹ o dicēte:
Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit
propter iustificationem nostram. Quis vero in
veritate Ionas est? Certe idem Dominus Ihesus;
seipsum alibi exponens: Quemadmodum enim
Ionas vtrō se in mortem tradidit, & exceptus est
à bellua marina, fuitq; in ventre illius tribus di-

Roman. 4.
Matt. 12.
Lucz. 11.
Ionaz. 2.
Egregia eō.
paratio
Christi cum
Iona.

ebus & tribus noctibus; mox desperatus ab omni
auxilio Dei redditus est viuus; ita quoq; ipse Do-
minus in eius triduo mortuus fuit in corde terræ,
& inde tertia die auxilio suæ Deitatis resur-
rexit

rexit. i. reuiuixit. Atq; demū quis est ille Pellicanus, aus in solitudine? Nimirum non alias quam ipse Dominus Iesu de seipso per Prophetā dicens: similis factus sum Pellic. no in solitudine Psal. 101.
solitudo etenim hic est mundus, horrore famis & sitis, & omnium angustiarum & tribulationum Iohann. 5.
plen^o, totusq; in maligno positus in quo Christus factus est pellicano similis. i. in eo fecit quod Pellican^o insolitudine. Cū enim vidit pul^{os} suos, s. homines vniuersos per peccatum à serpente occisos & mortuos, triduo passionis & mortis sua mirificè doluit, suaq; in cruce brachia p^{re}dolore & amore expandit vitam perinde nostri a desiderans; & demū ex latere suo adeoq; ex toto corpore sanguinem suum roseum effundens, ac ex charitate moriens se atq; nos summa cum l^aetitia, & exultatione die tertia post locutum vniuersicavit. Et hoc est quod veluti l^aetabunda hodie canit plebecula vulgaris: Christ^s resurrexit ab omniua passione; de quo omnes debemus esse l^aeti: Christus ipse sit nostra consolatio Alleluia. & recte nimirum canit in hac verba quæ de prompta sunt ex verbis Angeli dicentis: Nolite timere, quia resurrexit s. Christus, & nō est hic gauder, & qua e?

Primò quia caput est & summum membrum nostrum, pronoibis & in salutem nostram natum & passum: atq; (Apostolo teste) si gloriantur unum membrum, congaudent omnia membra. Se undò, 1 Corint. 12.
quia sua ipsius resurrexitio nobis salutem & gloriā operata est. immo & resurrectionem nostra Fruitus Re-
surrectionis Christi
Qui enim hodie per resurrectionem gloria & honore coronatus est, nos quoq; gloria impassibilitatis & immortalitatis donabit, & resurgentēs in beatitudine cōstituet s^epterna. Si enim (inquit Apostolus) Credimus quod Christ^s mortu^o est & resurrexit

4 DE RESVRRECT.

1. Thes 4. ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Sicut enim (inquit idem alias) in Adā

2. Corint 15. omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. Lætatur itaq; optimo iure vniuersus Christianus orbis die hodierna Dominica, quia in ea Iesus Nazarenus crucifixus resurrexit. & nō est hic, s. in corruptione, sed in gloria; qua & nos donauit, quib; sua resurrectione vitā aternā reparauit, vt potè, qua nō modo suscitat⁹ est dominus ad gloriā, sed nos ipsi sum⁹ in Christo ad eandē gloriam suscitati: nunc in spe, resuscitandi in re-

Osee 13.

1 Corint 15.

Esaia 9.

1 Corint 7.

Exod 15.

Apocal 19.

tandēm, qui meritò illud Osee dicere possumus: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Siquidem (inquit Apostolus) absorpta est mors in victoria, s. Christi à morte resurgentis: qui vti nobis (Propheta testis) est datus, ita & nobis est crucifixus; nobis mortuus; nobis est hodierna die resuscitatus immortalis & gloriofus; ut & nos in nouissimo die in gloria resurgamus. Siquidem dubitandum non est de confortio gloriæ, quæ in capite incæpit: sicut dubitandum non est de communione naturæ. Quocirca in ea tanquam singulare die vniuersi exultemus & lætemur; Quomodo? Non vtiq; dishonestis vel crapulis vel bibitionibus vel ludis vel spectaculis; verū spirituali gaudio & sancta lætitia tripudiem⁹ & hilarescamus in ea; quamquā & corporaliter gaudere nō prorsus prohibemur; modo simus (vt Paulus ait) tanquam non gaudentes; cogitantes quod gaudium propter temporalem aliquam felicitatem non sibi constet, sed vt plurimum plus fellis quam mellis habeat, & in mœrorem plerūque vertatur: Quare potius spiritualiter lætemur; cum Moyse & filijs Israel decantantes cœlestē hoc in Apocalypsi canticum: Laus & gloria & virtus Deo nostro Alleluia, Alleluia, Alleluia.